



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

4. Executores deputati ad distribuenda bona egentibus, possunt ex suo munere alicui egestate laboranti, partem erogare.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)



unde possit implere voluntatem defuncti, vel heres offerat bona, quæ ad hoc sufficiant, optimo iure potest designatus ad executionem compelli l. si quis Titio. ff. de leg. 2. Idem est, si ponas vsumfructum legatum. Hac ratione vtitur Panormitanus, ad conciliandum ius civile & canonicum.

Tertio, executores deputati ad distribuenda bona egentibus, possunt ex suo munere alicui egestate laboranti, partem dare. Panormitanus in c. cum in iure peritus. de offi. deleg.

Quarto, potest alter executorum ab altero exigere id quod debet: scilicet, cum nemo est, qui persecutionem suscipiat l. si plures ff. de administra. tut. Si parens (inquit Vlpianus) vel pater, qui in potestate habet, destinavit testamento, quis tutorum tutelam gerat, illum debere gerere prætor putauit. Meritoque patris statum voluntati, qui utique filio recte prospexit. Tatundem prætor facit & de his, quos parens destinavit testamento, aut confirmavit: ut si parens, quem velit tutelam administrare, declarauit: ille solus administret.

Ceteri igitur non administrabunt: sed erunt hi,

N quos